



illi licet nec subsistere. Dum enim dicitur, Isai. 24. 23. Erubescet Luna & confundetur Sol. Jerem. 15. 9. Occidit ei Sol. cum adhuc esset dies. Idem Amos. 8. 9. Ibidemque 5. 8. Facientem Arcturum & Orionem, & sic alia similia; haud intelligenda, quasi avolasset Sol, sed dumtaxat, quia illotunc evanuit lux: non quia denuo Deus fecerit Arcturum & Orionem; sed quia fecit eorum splendorem fulgere, & terram illuminare; quin immutaretur ordo caeli: quapropter in huiusmodi phaenomenis seu portentis, ne cogitaretur aliquomodo caelorum orbis immutari, Iudic. 5. 20. De caelo dimicatum est: stella manentes in ordine & cursu suo adversus Sisaram pugnaverunt. Profecto in ordine, esse caelum misceretur terra.

41 Dicam quid cogitem. Sol non stetit, sed imago Solis quoad illuminationem hemisphaerij per duodecim horas, meteo- ro facto Angelorum ministerio, insigni miraculo quoad modum; non quoad substantiam. Ut hoc exponam, praelibanda sunt nonnulla. Visos plures Soles, referunt & asserunt AA. probatae fidei. Plures Soles simul cernuntur (ait Plin. 2. cap. 31.) nec supra ipsum, nec infra, sed ex obliquo, numquam iuxta, nec contra terram, nec noctu, sed aut oriente, aut occidente. Semel in meridie conspecti in Bosphoro produntur, qui a matutino tempore durarunt in occasum. Terrios Soles Antiqui saepe viderunt, & nostra aetas vidit. Duos Soles Vitellio imperante visos, alterum ab occafu & alterum ab oriente; asserit Zonar. Tres Soles, Dio lib. 47. & Textor, 7. Offic. cap. 53. Saepè visos, Plutarch. 3. de Placit. Philosophor. cap. 6. & Bilibald. in 5. p. India Oriental. in die natalis Servatoris N. tres Soles conspectos refert Procop. lib. 7. Et in unum coaluisse, addit Bergomenf. in Octavian. Luc. Tuicent. Media nocte (inquit) nubem tantae luciditatis Hispaniam collustrasse; ut merides esse putaretur. Idem enarrat Claud. Clemens in Tabul. Chronolog. Centur. 1. & insuper quod in die praefato visi tres Soles. De Luna Plin. d. cap. 10. Luna trine apparere, quoad plerique appellarunt Soles nocturnos. Missas historias Ecclesiasticas facio, videndas apud August. Epist. 80. Metaphrast. 9. Marr. Lipoman. Tom. 7. de Vit. SS. Surium, ann. 1514. & 1528. Sophron. in Prato spirital. cap. 87. & 104. Palmer. ann. 1466. Maiol. Tom. 1. collog. 1. Bagatt. Tom. 1. de Admirand. orbis, lib. 1. à cap. 4. & Gemma Frif. de Natur. divin. characteris. lib. 1. cap. 8. ubi inter rara perhibet, sex Soles simul visos in Polonia. Plura videnda in Ephemer. 25. Decemb. à num. 2.

42 Modus signatur variè ab AA. sed cuncti arbitrantur meteorum, ut astruit Titelmann. in Compend. natur. Philosoph. lib. 6. cap. 15. Prudent. in Harmatigen. à v. 149.

Nemo duos Soles nisi sub glaucomate vidit: Aut si fusca pelum suffundit palla serenum, Oppositum quoties radiorum spicula nimbus Igne repercusso mentitos spargit in orbis.

Egi, Tom. 3. T. 6. D. 1. n. 21. & 5. T. 11. D. 2. n. 3. sicut de glaucomate ad singularorum geminationem, Tom. 2. T. 8. n. 9. & 3. T. 12. D. 6. n. 8. Dalecamp. in Plin. loc. cit.

Dalecam. Soles fiunt, quando nubes ex latere Solis orientis vel occidentis collocatae, velut speculum idolum seu imaginem Solis recipit atque exprimit. Plutarch. ubi ducdum. Gemini Solis casus partim verè, partim per speciem fieri, quando nubes conspiciuntur, non suo tamen proprio colore, sed alieno, cuius speciem representant. Ex profecto Senec. 1. Natur. 99. à cap. 11. inquit: Historici Soles vocant, & binos ternosque apparuisse, memoria tradunt. Graeci Parelia appellant; quia in propinquo ferè à Sole visuntur, aut quia accedunt ad aliquam similitudinem Solis: non enim totum imitantur; sed imaginem eius figuramque. Nihil ergo prohibet illas parelia vocari: sunt autem imagines Solis in nube spissa ac vicina, in modum speculi. Quidam Parelion ita definiunt: Nubes rotunda & splendida, similisque Soli: sequitur enim illum, nec umquam longius relinquitur, quam fuit cum apparuerit. Numquid nostrum miratur, si Solis effigiem in aliquo fonte, aut placido lacu vidit? Non, ut puto: atqui iam in sublimi factis potest, quam intra nos, reddi; si modò idonea est materia qua reddat. Quemadmodum ergo Solis & Luna imago in terris aspicitur potest; ita in aere, cum sit coactus aër, & impidius consistit, ut faciem Solis acciperet, quam & aliae nubes accipiunt, sed transmittunt, si aut mobiles sunt, aut rare, aut sordida. Mobilis enim spargunt illam, rare emittunt, sordida turpesque non sentiunt; sicut apud nos imaginem maculosa non reddunt. Solene & bina fieri parelia eadem ratione: quid enim impedit, quò minus tot sint, quot nubes fuerunt apud exhibendam effigiem Solis? Quidam in illa sententia sunt, quoties duo simulacra talia existunt; ut iudicent, unum esse Solis, alterum imaginis: nam apud nos quo

Plures Soles visi. Plin.

Et in Christi maiestate Luc. Tui.

Etiā Luna

Quomodo appareant

Prudent.

Dalecam.

Plutarch.

Quid Parelion?

Senec.

quoque, cum plura specula disposita sunt, ita ut alteri sit conspectus alterius; omnia implentur, & una imago à vero est, cetera imaginum effigies sunt. Ita illic quoque in sublimi, si nubes fors aliqua disposuit, ut inier se aspiciant; altera nubes Solis imaginem, altera imaginis reddit. Debent autem haec nubes, quae hoc praestant, densae esse, levet, splendidae planè naturae. Ob hoc omnia, quae huiusmodi sunt simulacra, candida sunt, & similia Lunaribus circumis; quia ex percussu obliquè accepto Sole, resplendent. Ita enim in nube (ut canit Politian. d. v. 158.) hieat.

Tralucet imago

Sideris in speculum, ceu puro condita vitro Solis inardescit radio vis limpida fontis.

Politian.

43 Non secus accidit in dicta statione Solis tempore Iosue. Meteoron constructum (ut videretur stare) disposita nube rotunda, laevi, splendida, quae accipere, imò haurire posset plenissime Solis radios; ac eorum repercussione imaginem reddere Solis, amplissimo fulgore, reverberato in lucem copiosam lumine; uti observatum, num. anteced. igitur cum iam Sol occasui proximis eisset; ut eius splendor in victoriam exitum adaequatè perduraret, spissis nubibus ibi involutus, super illas vel illarum ex latere, radios vibravit in nubem (à natura, seu superiore officio dispositam) capacem imaginis suae, iam occubentis in illo hemisphaerio versus regularem occasum; quam imaginè nubes rotunda reddidit tamquam speculum. Erat enim in oriente opposita ex diametro currenti ad occasum Soli, circulos suos sine mutatione gyranti: quem quidem sequebatur patili proportionaliter cursu, ut circulum compleret; semper percussa à Sole, cuius imaginem copioso imberbat lumine. Sequebatur nubes sicine Solem, sed achronicè (ut dicunt Astronomi) hoc est, illa super horizontem oriente, dum Sol occubuit; simul in illa perseverante, uti in speculo, formà lucida Solis, quousque Sol sequenti die, regulari cursu ad hemisphaerium se erexit; & nubes, in qua, vel quae Solis imago, ex opposito (achronicè etiam) sub horizontem evanuit.

Quid visum uti Sol, in statione Solis, quoad speciem?

44 Ne videatur ad lubitum cogitatio, perspicuè constabit ex textu Graeco. Eccl. loc. cit. ubi: Impediens est Sol, legitur: Retrocessit Sol: Maluend. Repedavit, retrogressus est, pedem revulsi Sol. Sol in occasum vergens, non retrocessit. At cum videretur in Oriente illotunc imago Solis; regressum, retroactum arbitrati sunt Solem, cum pugnantes aspicerent in caelo & in oriente Solis imaginem. Iter ergo absque obice pergitum, in illa astrae cogitationis ratiocinium; ita ut tunc esset tempus, sine suspensione motus caelestium orbium, superiorum luminarium, quae mensura temporum. Ita visum Solem stitisse, sed ad speciem solummodò visum; quia lux Solis, & minimè Sol stabat, Accipitur lux Solis pro Sole, ut vidimus, & videbimus: Solque dicitur stare; quasi Sol stitisset, eius imago in nube, ad illuminationem decertantium, toto illo tempore persistit.

Eccl. 46. 5

Tunc suspensum, atque caelorum non cessavit motus.

45 Ut clareat plene argumentum; in cursu Solis & lucis videnda sententia AA. Nonnulli dicunt, diem certaminis in auxilium Gabao (de quo ibid. Non fuit antea, nec postea tam longa dies) constare viginiquatuor horis: quippe cum eiusdem numeri sic dies naturalis, in diem divisus & noctem; luce continuè, illo in die non fuit nox. Quapropter subditur: Sol non festinavit occumbere spatio unius diei. Alij, diem illum fuisse triginta sex horarum: igitur tunc Sol cursum suum regulariter agebat duodecim horis. Imago Solis pro Sole, totidem (eo tempore, quo futura nox, quae luce è nube non fuit) quousque Sol renatus est: qui quidem alijs duodecim horis Iustans radijs illustravit inferiora. Totum efficit spatia 36. horarum. Unde nulla dies longior, quia continuatione lucis factus dies unus, ex duobus; quasi Sol non occubui set. Serar. hic, quæst. 23. inquit: Dies infra duorum productus est. Idem Ephraim, ferm. de Muliere peccatrice. uti dicitur Eccl. quò supr. Una dies facta est quasi duo: Nox illuminatio in delicijs Iosue; quia non fuit nox, luce plena, & radijs Solis in nube, nox illa sicut dies illuminata. Retorquendus Papin. Statius, 1. Silvar. 6. à v. 85.

Iosue, 14. 14.

Verf. 134

Quomodo ex duobus dies unus?

Vix dum cœrulea nox subibat orbem, Descendit media nitens arena Denfas flammens orbis in umbras Vincens Croniaca facem Corona. Colluctat polus ignibus, nihilque Obscura patitur licere nocti.

Statius

46 Roboratur assertio pertento uniformi regressionis Solis ad speciem tantum, ex Tom. VII. Tant.

I t t a

bit

hibito Ezechie in perfectissima valetudinis signum : equidem sicut Sol tempore Iosue minimè stetit in celo ; ita sub Ezechia non retrocessus in cursu. Hinc erit operæ pretium in obsequium gratiamque lectorum, exponere genuinè, quo sensu dicitur hoc in articulo à Propheta Evangelico : *Reversus est Sol*. Portentum utrumque profectò singularissimum, & inter maiora maximum; ut observat D. Thom. 3. p. qual. 44. art. 2. in rebus mirabiliter factis tota ratio facti est potentia facientis. Tamen ut reget Augus. pluribus in loc. quaedam miracula, per comparationem ad naturæ facultate dicitur alijs maiora, alijs minoras; quia interdù in modo, multoties in substantia & quandoque in modo & substantia mirabilia. Unde inter omnia prodigia, quæ à Deo tam in novo, quàm veteri testamento facta leguntur; summum gradum tenent illa, quæ facta in celis: additque Burgenfis, *Ut retrocessio Solis*. Ita in *Addit.* ad Lyran. in 4. Reg. 20. Præfens sub Ezechia portentum, respectu conditionis, propensionis, legis, ac constitutionis Solis (fontis lucis, & luminaris maioris) excedit exhibitum sub Iosue; ita ut maius sit Solis retrocessio, quàm statio: quandoquidem cursui velocissimo Solis, magis opponitur motus contrarius, quàm quies. Sol enim cognoscit occasum suum, verùm post ortum non ortum, *Regredi Solem, præferri debet miraculo egregio stationis, tempore Iosue.* Maiol. Tom. 1. Colloq. 1. & Doctiss. Gasp. Sanctius in Reg. loc. cit. n. 12. Sol ortu tendit varijs curfibus ad occasum in ortus varijs climatibus; & spargit fulgidam lucem, sequiturque sequentem. Ordinem indicat Manilius, 1. *Astronom.* cap. 5. à v. 212.

Isai. 38. 8.

Maini mira-  
cu um, So-  
lis retroces-  
sio. quàm  
statio.

Maiol.

Manil.

Eccle. 1. 9.

Idem.

Elucet ex Sacra pagina, ut supra vidimus, *Sol oritur & occidit. Ad locum suum revertitur: ibique renascens, gyrat per Meridiam, & stetit ad Aquilonem, lastrans universa in circuitu; & in circuitus suos revertitur.* Ita, non retroriam, sed dumtaxat in occasum.

Hinc etiam ipse dies moritur : terrasque per orbem  
Surripit, & noctis captam sub carcere claudit.

Subdit Astronomus *lib. 2. cap. 16. v. 112.* Qua de causa hoc nec Solis reversionis prodigium, in portentiurè designatur ut maximum.

47. Cur autem exhibitum Ezechie signum in recessu Solis ad ortum (cùm Sol habeat propensionem lege naturæ in progressum) motumque contrarium; dumtaxat Augustinus valuit invenire rationem; ut inter miracula singularia, appareret pulcherrima congruentia. Dixerat enim Ezechie languenti Evangelicus Vates: *Morieris tu, & non vires.* Egressus est extrà: sed antequàm limen aulicæ portæ præmeret; illi à Numine præceptum, contraria dicere. *Dic Ezechia, Duci populi mei; Ecce sanavit te.* Hoc est, decrevi sanare. Contraria sunt, *Sanus vires, & Morieris.* Ob hoc regyratio Solis: Sapnè. Hinc (inquit Augustinus, lib. 2. de Mirabilib. Sac. Scriptur. cap. 28.) *Cum Isaias duas prophetias, sibimet invicem contrarias eadem hora protulisset; necesse erat, ut altera, quæ faciendâ esset, signi ostensione firmaret. Unde ut Rex, quod dicebatur, indubitanter crederet; Solis in ortum ab occasu, per decem horas cursum recidivo Deus tramine retorquet; quatenus inde veluti manè, iterum festinare inciperet; qui diei totius (exceptis duabus horis) spatium consummasset. Convenienter autem tale signum Regi, in mortis expectatione posito, aptissimum evenit; quod Dominus per Solem fieri taliter, congruâ dispensatione disposuit: quoniam sicut Sol, in proxinctu occasus sui positus, in diei initium reducitur; sic Rex in mortis expectatione constitutus, quasi ad incipientia vitæ gaudia revocatur. Sicut sanitate prolata, dictum contrarium præbinit; & prannu- ciatæ morti; ita reversione Solis, factum contrarium cursui in occasum labenti.*

Isai. 28. 1.

a. Reg. 20.

Curia mo-  
tu raro  
Eph. datum  
Regi signâ  
Je nitatur  
Augusti.

Fabula He-  
braicum.

48. Rabbinus, quasi causam Scriptura prætermisisset; è nugurum thesauro, aliam delirantes proferunt causam. Achaz, Ezechie pater, cultum Dei & lucernam templi extinxit, ut fuscè in *Ephemerid.* 18. Jul. n. 3. 27. n. 9. 30. *Osobr.* n. 2. & 10. *Novembr.* n. 3. Eò quod ita impius, noluit Deis, eius cadaver regis sepeliri, licet foveri cunctâ parata pompose. Quapropter iustus cæptis, Sol subito occubuit, subtrahctis diei, umbris densis, decem horis, ne ritè fierent in auctoramentum exequiæ. Tunc occasu præpti, inusitato Solis, extra & ultra ambitum climatibus mutatus est ordo totius universi per decem

cem horas, quia non tantùm abfens Solis resurgentis claritas, sed cælorum series, cùm Planetis, Signis, constellationibus, atque mundi luminaribus. Hinc ut ordo restitueretur, series modò constituitur: igitur in signum valetudinis Ezechie, totidem horas, luce in ortum regrediente Solis, Deus diei reddidit, & ultra luminis extensionem concessit; quot in Achazi funere (sub horizontem sepulto splendente Sole) iustè detraxerat, perturbato ordine cæli. Insigne ratiacinium, si Phæso placet. Ita Ramban, alijsque indicant apud Hieronym. in *Tradition.* In 2. Paralip. 28. Ex ipsi etiam recollunt Alapid. & Sanctius tam, *Isai. 38. n. 24.* quàm, 4. *Reg. 20. n. 26.* Nos fabulam retulimus, in *Ephemer.* 22. *Maij.* n. 5.

49. Totum itaque ludicrum, Rabbinorum gerræ & gerræ, risu dignæ. Aliquantenus sensum imitantur nonnulli ex nostris, accipientes sine delectu, umbram quasi noctem, & Solem quasi diem (Prætermitto illorum nomina propter reverentiam) unde cogitant optionem Ezechie concessam in diem atque lucis extensionem; ac in noctem & eius celeritatem. Iuxta illorum sententiam, promissum Ezechie utroque extremo portentum, momento eodem, quo in horologio Achaz, decimam lineam fulgens percutiebat Sol; ita ut horologio duodecim lineis constante, in noctem restarent (solummodò binæ lineæ, vel binæ horæ. Quæ quidem suppositione, cùm signare, vel progredi ultra duas lineas vel horas, non possent Sol (quoniam nox post illas futura erat, & in nocte nulla umbra, quippe tenebræ nox tota, & aliâs nox nullatenus esset, modò in illa, umbra designari possent) autumat AA. huicsemodi entusiastici, ita fuisse sensum verborum in exposita optione; ut eligeret Ezechias, quod magis placeret, & ad lubitum mallet; q. d. Dominus per Prophetam: Vis, ut Sol progrediatur in momento ad decem horas, fiatque nox repente profunda, sicut accidit in funere patris tui Achaz; an ut Sol retroagatur à loco, ubi iam est prope occasum, unde manè ante horas decem dies præfens habuit initium? Hoc non est, sacra testimonia exponere, sed retorquere. Sacre textus penitus cogitationi contrarius. Vis (dicitur, *ibid. v. 9.*) ut ascendat umbra decem lineis, an ut revertatur totidem gradibus? Accepta umbra pro nocte; quæ non advenerat, non poterat nox reverti: aliâs esset nox & lux, & tenebræ eius, sicut lumen eius: hocque esset maius prodigium inter prodigia; si quidem nox luminosa, atque umbra sine umbra. Ita cecinit Seneca in *Hercul. OEtro.* v. 462. *Nox media Solem vidit:* succinente etiam Manilio, d. lib. 5. v. 707.

Nocte sub extrema permittunt iura diei.

50. Haud umbra ex luce Solis, ni sit super terram Sol. Unde ergo umbra in lineas horologii Achaz, ut signaretur hora; si Sol positus sub horizontem, nocte festinat? Deinde. Inter ascensionem vel ascensionem umbræ ex præfenti Sole; Ezechias elegit in maiorem miraculi ostentationem, umbram in horologio reverti. *Ut revertatur retrorsum decem gradibus.* Tunc Propheta reduxit umbram per lineas, quibus iam descenderat in horologio Achaz, retrorsum decem gradibus. Hoc ergo noctu fieri nequibat. Si in nocte peritus impossibile; optio Ezechie minimè oblata, ut eligere possent Solem occumbere, vel in ortum retrogradi; sed tantùm, ut umbra styli horologii Achaz, fulgente Sole, ascenderet, vel descenderet.

51. Hoc insigne miraculum (decurrentis regulariter Solis, & umbræ ex Sole retrò meatus) naturaliter fieri posse, effudit Petrus Nonnius; quem refutat Christophor. Clavius, in *Fabric. Instrument. ad Herolog.* cap. 21. Sole stante in ordine, ac communi cursu proprio, mutationem umbræ petragi, asserit; modò horologium sit planum, & habeat in positione, aut situ, altitudinem poli minore, quàm graduum viginti trium, inter Equatorem & alterum Tropicorum, Cancri nempe & Capricorni; siquidem sic sine umbra retrocedit naturaliter in cursu Solis. Demonstratio huiusmodi artificij exponeitur à Clavio, loc. cit. Quare Nonnius audacter profert reversionem umbræ in horologio Achaz naturalem fuisse; ex eo quod umbræ repente in contrarium mutantur egregie horis; horridam Zonam; quod umbræ corpora sequuntur, & extra Zonam præcedunt. Unde Lucanus, 3. *Pharsal.* v. 247. & lib. 9. v. 539. decantat:

*Ignorant vobis Arabes venisse in orbem,  
Umbras mirati nemorum non ire sinistras,  
In Notum umbra cadit, quæ nobis exit in Arion*

Videatur hic Hugo Grotius, Joseph Scaliger, in *Prolegom. ad Manil.* Frater eius Iul. Cæsar, in *Poesie.* lib. 6. cap. 6. Cæli Rhodigin. 1. *Antiq. lexi.* cap. 10. & Georg. Draud. in cap. 46. *Solini.* Multos sanè deliros vidi, sed nullum, uti Nonnius in huiusmodi in-

Optio Ezechie non data erga noctem.

Manil.

Ubi supra v. 11.

Reverso umbra in horologio non naturalis.

Lucan.

fania, desipientem: Ierusalem num in altitudine 23. grad. inter Equatorem & Tropicos: Unde scivit horologium Achaz non umbilicale, sed planum: Miraculum & singulare in reversione umbræ exponitur ad signum sanitatis Ezechie. Quenam fides Regi in signum, si umbræ reversio naturalis in superficie linearum? Fatus est cogitatio sine intellectu. Apagelis dementem.

Burgens.

52 Alij arbitrantur umbram factam, quin esset intermedium corpus opacum, radij Solis obiectum: ita ut umbra regrederetur, quin retrocederet Sol. *Disposuit Deus miraculum* (subdit Burgensis) *quod Sole incedente cursu suo, absque aliqua variatione seu retrocessione, radij Solares in horologio Achaz tantum, & non alibi, retrocesserint per decem gradus.* Varijs rationibus cogitationem roborat Doctissim. Sanctus, in cuius verba iurat Alapide: igitur Deus impedivit Solares radios, ne lucem spargerent in stylum horologii Achaz, nisi ab ea parte tantum, ex qua umbra adversa iaceretur in lineas, ab Isaia designatas, & ab Ezechia exgroto è cubiculo videndas. Quo namque facta, necesse erat umbram ad illas dumtaxat lineas tendere, & non in alias; quasi Sol regressus esset: igitur ita esset, si regrederetur Sol. Miror sane ratiocinium. Illo in articulo, non unum profecto, sed duplex oculis obijceretur miraculum. Primum, quod corporis opaci coram luce non esset umbra. Secundum, quod umbra esset sine corpore: siquidem sine umbra stylus esset (alia hora signata ex diametro lucis) in quo lux habere debebat umbram; & umbram habere diaphanum corpus, quasi pellucidus aer esset horologii stylus. Non est utique, sicine prodigium referre, ut factum; sed præut ab interprete apprehensum, vel confictum.

Accidens sine subiecto, & e contra.

D. Thom.

53 Hoc miraculum (dicunt præfati AA.) possibile omnipotentis Dei. Transeant verum ne, Deum facere quod possibile? Possibile asseritur; quippequam non novum accidens sine subiecto; & subiectum sine accidentibus, imò sine passionibus & proprietatibus. Hocine postremum patet in igne sine luce, ac sine ardore; de quo sæpe in Biblijs: *Exod. 3. 2. & Daniel. 3. 94.* Primum, in luce prima, sine subiecto creata, iuxta sententiam Basilij in *Hexæmer. Homil. 6.* Theodoret. in *Genes. 1.* & Gregor. Naziancen. *Orat. in Novam Dominic.* Elucet etiam in Eucharistia. *Accidentia sine subiecto in eodem subsistunt, ut fides locum habeat*: inquit Angel. Magist. *Opuscul. 57.* Portentum hoc modo possibile Numinis omnipotentis. Suffragor: sed ita factum, inficior; siquidem tanto prodigio non erat opus in opus. Quorsum si miraculum fiebat umbræ reversione; tot miracula superflua in mutationibus umbræ: Non oportet separare radium Solis à Sole; nec dicere radium constituentem umbram; à Sole non esse; nec fuisse sine subiecto, nec habuisse motum contrarium adversus Solis motum: igitur reverso Sole, ac retrogado; necessarium sanequam, quod umbra reverteretur in horologio. Hoc est, Sole procedente ad Occasum cum suis horologicis umbris, in dici existentis complementum; necessariò reversuras umbras, illo regresso in orientem. Umbra utique ex corpore luci interposito, sequitur lucem. Si umbra reversa est, planè reversus est Sol.

Isai. 38. 8. & Eccli. 48. 26. An Sol verè re versus?

54 Ita summi sublelij, gravissimi, auctorati DD. Augustin. quò supr. n. 47. Hieronymus, Cyrill. Procop. & Lyranus, in *Isai. 38.* Theodoret. in *Psalms. 29.* Dionys. Areopag. *Epist. 7.* ad Polycarp. *Ibid. in Scholij. Georg. Pachimer. Caietan. Hugo, Maluend. Adam. Sasbour. Elias Cretenf. in Orat. 3. Nazianz. Michael. Glycas, 2. p. Annal. Georg. Cedren. pag. 49.* Hermann. Schedel. *Mund. stat. 4.* cum serè eunetis recentioribus. Hi omnes, quasi indubitabile astruant, Solem (in signum roborandæ valetudinis Ezechie, lethaliter iacentis) in cælo à suo cursu recessisse; ac in horologio Achaz, pariter umbram ad motum Solis ex diametro per decem gradus reversam: eademque iuxta Solis stationem, tempus stylus horologii designabat; retroacto Sole, necesse fuit, aliud tempus ab umbra designari, & totidem horis in proportionali linea, quibus Sol ad orientem retrogressus in sphaera. Constat apodixis ex Sacra pagina. *Reversus est Sol decem lineis, per gradus quos descenderat.* Ita legitur apud Isaïam: & apud Siracidem: *In diebus istius retrocessit Sol, & addidit Regi vitam.* Quid expressius ac perspicuus in hanc causam? Umbram patet reversam fuisse: *4. Reg. 20. 11.* Umbra fit ex interpositione corporis opaci, Solis luci oppositi: Sol ergo, à quo lux in umbram, videtur retrocessisse, ex umbra retrocedente. Per umbram enim cognoscimus varias stationes in Solis exaltationibus & declinationibus, ortu & occasu; & meridie. Miraculum in miraculosam sanitatem à Numine promissum est. Quin reverteretur Sol, esset in umbra miraculum. Non miraculum in umbra, Sole revertente, quem umbra sequitur. Unde indubitabile, Solis corpus retroactum; ut promissum à Propheta, conspiceretur prodigium: Dein-

55 Deinde. Solius umbræ miraculum Babylonij observare nequibant. Si umbra miraculosa in horologio Achaz; illud horologium, quod videre non poterant, erat in Ierusalem. Viderant diem solito longiorem. Quapropter Merodac, Rex Babylonis, misit legatos ad Ezechiam; ut interrogarent de portento, quod acciderat super terram. Perpende, *Super terram.* Duo visa in articulo. In cælo, Solis retrorsum gressus, & contra naturam cursus. In terra, ex Sole retrorsum acto, umbra sequentis, in horologio reversionis. Portentum cæli Babylonij iam viderant; & de portento in terra patrato interrogant; quippequam diserti haud atpexerunt umbram recedentem, sicut prospexerant Solem. Alijer testimonij obiecti sentus. *Super terram,* non est in terra. In terra reversa est umbra. *Super terram,* in cælo; facta est Solis remeatio. Nesciebant recessus Solaris causam: & inquirunt de prodigio *super terram;* quippe quod in terra, umbra recedente, naturale, in cælo reverso Sole. Observatum fuisse à Babylonijs prodigium retrogradi luminaris, retur Maluenda, loc. cit. & Areopagita, d. Illud diem triplicatum ex diurnitate lucis etiam notatum à Sacerdotibus Pergis. Minime ut novum observaretur, si in umbræ non visa, dumtaxat esset prodigium. Sol Sol reversus est: quandoquidem per lucis irregularem sed perspicuum extensionem; cognoverunt Solem reversionem fuisse in Orientem; aliis iter iam peractum regyrallet, dies iuxta temporis periodum splendorem non extenderet. Solem Deus ab initio constituit in potestatem dici: at luminari retro acto, dies fuit illa in potestate Solis. Per ampliorem enim dici elabentis irregularem cursum, cognoverunt Babylonij in cælo Solem reversionem. Maluenda: *Ad inquirendum de prodigio retroacti Solis, præut observatum fuerat à Chaldeis.*

Paralip. 32. 31.

An Babylonij inquisissent de Sole retrorsum acto?

Maluend.

56 Nec sic perturbatus est ordo cæli, & universi; dicitur à Mathia Thoringo, in *Replica advers. Burgens.* pro Lyrano, in cit. *4. Reg. 20.* Sicur steterunt (ait) *stante Sole sub Isue;* ita & sub Ezechia, retrocedente Sole, cætera luminaria retrocedebant, & ita in computis motuum non potuit fieri error: quia sive stando, sive retrocedendo, semper remanet idem aspectus corporum celestium inter se: quod probat Augustinus per computationem circulorum. Doctorum Aquila, loc. cit. de *Sacr. Script. Mirabil.* postquam cyclum Solis de occasu ad ortum auxit, exceptis duabus horis dici, que deerant ad complementum; subdit: *Per quas duas horas, ut multi existimant, celeri cursu de occasu ad ortum Sol revertitur; ut dies integra rursus sine interveniente nocte, in ortu innovaretur: ut scilicet dies duos in una luce concluderet; quomodo & sub Iesu, filio Nan. In dubitanter & hac vice Luna reverti, minime dubitatur; quatenus nequequam cyclorum cursibus conturbaretur. Propter quod & maris ipsa vicissitudo impedita fuisse, non denegatur; cum Luna cursibus comitaretur naturam. Motus Solis est regula & mensura motuum aliorum Planetarum, ut vidimus; num. 35. & roborat in *Psalms. 71.* in ipse Augustinus, inquitens: *Per Solem tempora signata sunt.* Unde retrocedente, vel stante Sole, retrò ibunt; vel stabunt cætera luminaria, temporum signa. Ioann. Jovian.*

Thoring. An Sole retracto, aliorum luminarium facta regressus?

Augustini.

Jovian. PG 129.

Sol qui terrarum flammis opera omnia iustrat Ipse idem Superum Princeps, dætorque Chorea: Ad cuius numeros & Dij moveantur, & orbis Excipiat legem, præscriptaque cædera servet.

57 Hoc portentum legitur non solum in veteri testamento sed & in noviori observatum Maiolos, quò supr. & referet de Mutio Abbate: sicut Novarin. & Bonifac. Bagarta, plura & stupenda, *Tom. 1. de Admirand. Orb. Christian. in Microcosm. & Macrocosm. lib. 1. à cap. 4.* Herodot. in *Euterp. five lib. 2. n. 46.* asserit, observatum à Egyptijs, Solem ab occasu exortum, post fugam Sennacherib, Assyriorum Regem, & eius copiarum cladem. Exterminium accidit sub Ezechia. *4. Reg. 19. 35. Isai. 37. 36. Eccli. 48. 24. 1. Machab. 7. 42. & lib. 2. cap. 8. 19.* Unde cum Sol hoc in tempore retrocessisset; miraculo à Egyptijs non cognitum, intellectum profecto, Solem orti ab occasu. Sub Ezechia haud primò patratum huiusmodi dignum admiratione portentum: eademque ut referet Galeottus Martius, de *Doctrin. promiss. cap. 38.* *In exitu Israel de Egyptiaca captivitate, ordo rerum universi mutatus est, & Sol suo recto tramite derelicto, ad insueta loca pervenit.* Quid quòd AA. Catholici designent, ubi retrò actum Solem cognoverunt vel Ethnici? Scenec. in *Thyest. à v. 820. & in Agamem. 815.*

An Sol aliquando retrorgradius?

Senec.

Ipse in sueto novus hospitis, Sol Auroram videt occidit.

Ritu.

Retulique pedem alternis nomen  
Stella que mutat : seque mirata est;  
Hesperum dicit. Aurora movit  
Ad solitas vices caput relabens.

Nonnus in Dionysiac. lib. 42. a v. 50. modulatur de Sole stante, & retrò emtesc;

Ducem Astrorum exoravit, retrò extensis curribus  
Ætherio stabilem equum, restringentem freno  
Extendere lucem; ut tardum in occasum veniret,  
Renascentem diem augens.

Nonn.

An umbra  
tantum re-  
versat?

58 Hi fautores & sententia retrogradæ Solis, in orientem insolitò remeantis. Cona-  
trarium nobis potiore iure, ac validioribus argumentis, sacrorum sulcris, meritò arri-  
det; quod præfici Rabbini placuit: scilicet, Rab. Barbineli, Rambam, Kimhi, Aben-  
Ezræ, & Maimonidi. Etiam propugnant ex noltris Doctores celebres, tametsi in modo  
reversionis umbrae, Sole currente, dissentiant cogitatione. Præfatum singulare miracu-  
lum secundum propriam textus significationem ad litteram, necnon & rationis sine nube  
iudicium: non fuit factum in corpore Solis, nec in ipsius cursu, aut cyclo regulari: ne-  
que in radijs à Sole per Orben extensis; sed tantum in umbra horologii Achaz; non ra-  
dijs rectis Solis, sed per meteoron reflexis; quin astrorum turbaretur ordo, imò cun-  
ctis permanentibus in regulari aspectu, ac conaturali cursu. Ita Burgensis pro viribus,  
4. Reg. 20. in Addis. cit. Vatabl. Arias Montan. & Saas. Non ergo necessarium erat ad si-  
gnum pro sanitate pollicitum; quòd Sol reverteretur, confuso cælorum ordine dum satis  
in horologio regressus umbrae: quapropter dum salutis signum admittitur, miraculum in  
nimbra tantum signatur.

Ubi supr. v  
2.

Verf. 11.

59 Non aliter in Scriptura articulus rerum objicitur. In optione, Regi proposita  
à Propheta, de Sole nec ullum verbum. Exponitur dumtaxat umbra (quæ quidem à Sole)  
& in horologio Achaz. *Vit* (dicitur) quòd ascendat umbra decem lineis, an ut reverta-  
tur? Nihil dicitur circa Solis motum aut cursum, vel retrorsum, vel antorsum. Si in-  
tendimus vigilantem in verba, signum non datur in Sole, sed tantum ex Sole in umbra.  
Quorsum opus & molimen attentionis vel regyrationis Solis; si umbra satis erat pro-  
missæ ad signum salutis? Additur, *Umbra in horologio Achaz.* Ergo non reversus Sol:  
quandoquidem si Sol reverteretur in cælo, esset umbrarum reversio in quolibet hora-  
logio. Pende articulum. Si retrocedente Sole, umbra tantum in horologio Achaz; ma-  
ius profectò fuisset illotunc miraculum: quippe in cunctis alijs, nisi in horologio Achaz;  
coram luce Solis, & linea rectà, sine umbra essent alia corpora opaca. Maius utique  
quàm in umbra portentum, si in Sole factum. Cur igitur tanti momenti non proclamatur  
portentum? Quoniam non factum in Sole, sed in reversione umbrae; cuius gyro &  
recurfu minimè ordo turbaretur universi. Denique: signum miraculi sanitatis Ezechie,  
erat in quolibet umbrae motu. Ubi suprâ, v. 9. Sol si peractum repedatv cursum in um-  
brae reversione non fuit miraculum: igitur naturale, umbram ex diametro sequi Solem;  
sive nascentem, sive in occasum præcipitem.

Ioseph.

a. Paral. 32  
31.

Portentum  
non in cæ-  
le.

60 Hebræos inter, saltem traditione, audiretur Solis cyclus aliquando aliquomodò  
mutatus: at luminaris haudquaquam in mentem venit vel accessus vel recessus. *Ob ma-  
gnitudinem morbi, & inopinatum de salute nuncium, Ezechias aubitans; prodigiosum  
aliquod signum ab Isaia postulat: & rogante Propheta, quòdam signum exhiberi sibi  
postulat; voluit (inquit Ioseph. 10. Antiquit. cap. 3.) ut quando umbra in suo solarío, iam  
ad decimam lineam processerat; per totidem lineas reverti illam faceret.* Conceditur illi,  
quod in signum sanitatis in lecto iacens videre quibat. Siccine, dumtaxat umbra rever-  
sa, atque in horologio Achazi miraculo-mota: lectulo morbo lethali iamiam moriturus  
succumbens, perperam quibat videre cursum vel recursum Solis. Nec obstat, quod  
Merodac, Rex Babylonis, ad Ezechiam miserit legatos; ut interrogarent de portento,  
quòd acciderat super terram: quod quidem primà facie fortissimum argumentum vide-  
tur, & sic in nos eformatur. De portento (dicitur) quòd acciderat super terram. Por-  
tentum super terram, in cælo est. Non potuit fieri portentum in umbra, quæ apparuit  
in terra, & in horologio Achaz; sed in Sole, à cursu regulari recedente: quo sanè dies  
extendit spatia lucis, propter ampliorem extensionem cursus retrogradæ Solis: quam-  
obrem apud Siracidem legitur, ut vidimus: *Retrò radijs Sol.* Præterea: cum Chaldaei  
Astronomiæ essent periti, & præter cæli, astrorumque seriem vidissent lucem diuturnio-  
rem (quæ a Solis præsentia, & non ab umbra) portentum super terram, non quibat esse

um

umbrae reversio; sed Solis in Orientem regyratio: quapropter apud Isaïam, dicitur: *Re-  
versus est Sol decem lineis per gradus, quos ascenderat.* Eius igitur luce in ortum regre-  
diende; in horologio Achaz resultavit ex diametro signum umbrae.

61 En Achilles, sed ictus ab Apolline. Nobis validissimum munimem, quod con-  
struebatur in obiscem. Chaldaei portentum, quod dicitur factum in cælo, videtur vel  
non viderant? Si viderant, quid interrogant, quasi essent incepti, qui in Astrologia  
periti? Si no viderunt, quomodò in cælo portentum observarunt et ut portentum?  
Si Sol remeasset, secum trahens atra, tempora constituentia; scirent Babylonij, callen-  
tes ordinem cælorum, quod non fugisset ruditatem agrellium. Interrogant ergo de quo  
nec noverant, nec didicerant. Hoc erat umbrae reversio; quippe Solis, ad oculum fuerat  
cognitio. Elucet vel cæco, dum interrogant ignotum, non in Sole; sed in umbra  
factum portentum. Recurrente Sole, non solum pateret in Iudzæ; ut ex horologii stylo  
atque luce fieret umbra, cum etiam regyratio videretur in Chaldaea. In textu sacro signa-  
tur locus in horologio Achaz, locato in Ierusalem. Ibi in signum portentum tantum. Sol  
siccine indubitanur nullum habuit in cælo ad cursum recessum. Quare Babylonij le-  
gati interrogant de umbra, quam non viderant, imò nec videre poterant.

62 Tò super terram, perperam intelligitur in cælo. Idiostismus est Hebraicus, fre-  
quentique sacra in pagina dialectus. An cuncta quæ dicuntur super terram esse; quippe  
super, sunt in cælo? Apostolus Paulus dicit, *Rom. 9. 28. Verbum abbreviatum faciet  
Dominus super terram.* Num in cælo? Dum super terram dicitur, in terra signatur,  
*Ego te clarificavi super terram.* Ioann. 17. 4. Idem, in terra, inter homines. Ita in textu  
sacro obiecto, ex Hebræo legit Maluenda: *Ad quaerere prodigium, quod fuit in terra.*  
Ergo portentum dumtaxat factum in umbra revertente, & non in Sole: aliàs si huius es-  
set regyratio, portentum factum diceretur in cælo. Non enim profertur, de portento  
facto in Sole, vel in mundo; sed super terram: Si portentum in terra, factum in umbra.  
Quis inficiabitur? Concedit pugnam etiam in cogitationem Docti. Sanctius, hic n. 15.  
*Chaldaei audierant, ex gravi morbo convalescente Regem, idque significatum esse illustri  
portento: atque ideo legati mittuntur, qui de valeta sine gravitatem, & de portento,  
quod rumore tantum acceperant, doceantur. Quod ideo sibi persuadere poterant acci-  
disse propter Regem Ezechiam; quia in eius tantum urbe, aut potius in eius tantum  
domo, atque adeo in uno tantum horologio contigisset.* Non ergo in Sole: equidem Sole  
regyranter, & in ortum revertente; non tantum umbra in horologio Achaz, in urbe,  
in aula; sed contigisset ubique.

63 Dum in præfatis factis testimonijs enunciatur Sol reversos; accipitur Meronimi-  
cè: pro effata scilicet causâ, iuxta loquendi modum communem, nequaquam iuxta  
veram entitatem. De huiusmodi stylo in sacra pagina; num. 40. & sæpe Tomi prior.  
dixi: signatè *Tom. 6. T. 2. n. 44. & T. 4. n. 20.* Ita dicitur, cap. 4. 8. *Pertransit Sol  
super caput Ione;* nimirum solares radij: frequenterque ætus & calores à Sole exun-  
tes, dicuntur Soles. Hinc cum umbra in horologijs ex luce Solis, gnomone opposito,  
naturaliter resultet, & in horologio Achaz miraculosè recederet; signatur recurfus Solis;  
si quo tantum recessus umbrae: igitur in horologio, umbra regyranter apparuit; quasi  
Sol cælo ad orientem recessisset. Solis utique illo in articulo orbita non immutata  
quoniam portentum mirabile factum dumtaxat in umbra.

64 Ipse Augustinus, eodem in loco, quo videtur astruere Solem retrogradum; um-  
bra tantum recedente, Solis statuit regularem cursum. *Unde (inquit) in hac reversione  
convenit Solem non mutasse.* Si cursus Solis iuxta Augustinum, non mutatus, & umbra  
mutata; portentum minimè factum in Sole, sed in umbra. Ordo cæli numquam mu-  
tatus, ut fuscè diximus, num. 33.

Artificis formata manu, digesta moventur

Ordine cuncta suo. Manet irrevocabile munus.

Succinit Dracontius, de Oper. sex. die. à v. 336. Maiolus, quòd supr. *Sol & Luna (in-  
quit) quotidiano cursu terram semper circumambiant: stare autem, aut reverti retror-  
sum, non possunt. Ita enim legem accepit Sol à Deo, ut semper currat, tantoque or-  
dine semper perseverare.* Poëtæ: ut vidimus, num. 57. contraria profertunt. Fingunt,  
illique videtur non dici magna, ni ultra vera, ut decantata sint nova, & admirationem  
concedunt impolitabili. Manilius vel Ethnicus Astrologiam professus, & in illa apprimè  
doctus, ad versus Poëtarum dementem mentem, dum ostentant acumen; ordinis cæli  
seriem definit uti immutabilem; lib. 1. d. cap. 6. à v. 42.

Tom. VII. Taut.

VVV

NVV

Ist. d. v. 63

Super pro  
in.

Cycli porten-  
tum, in um-  
bra tantum

Sancti

Meronomia

Augusti

Dracont.

Maiol.  
Ordo astror-  
um immu-  
tabili.

Numquam transversas Solem recurrere ad Arctos, ... Auroramque novis nascentem ostendere terris: ... Nec lunam certos extendere luminis orbes: ... Sed servare modum quo crescat, quove recedat. ... Nec cadere in terram pendentia sidera casu.

Manil.

Augustin. i. Astra non sunt retroastra, reversa umbra.

65 His ergo claret voluntarium, & sine rationis fascimine, quod impensè Thorings propugnat; ut præmissum, num. 56. videlicet, reliqua eorum luminaria retrocessisse retrogado Sole. Nec sententia est Augustini, licet à Doctore Sanctissimo expressa; quoniam profert: Ut multi existimant. Loquitur iuxta existimationem multorum. Sententiam exponit, verum non astruit. Revertente Sole, ait Thorings, astra quoque ordine cæli reversa. Ergo reversa non sunt, quia non reversus est Sol. Hinc in præceptis tanta moles. Disputatio planè nihili, subiecto non supponente. Disquisitiones disponere iuxta voluntaria supposita, est profectò intellectum mittere in paleam. Liqueat ex sequelis. Pendendum. Si maris continua tunc vicissitudo quiesceret; retroacta Luna, cuius motus mare sequitur; & Luna retrò celsit cum cæteris astris; quoniam retrò cursus Solis; evanuit in illo articulo conditio essentialis temporis. Sol, Luna, & cætera luminaria, sunt signa temporum, dierum & annorum; quia cursu regulari ab ortu ad occasum, indicant in diebus & annis tempus. Si temporis causa luminaria; his retroactis, recesserunt etiam tempora. Quis vel furens phreneticè cogitare? Quod non possibile, proferret Solis illo in tempore decorus: nimirum, quòd esset revocabile tempus. Ludicrum utique, ut claret vel insipienti: igitur dum temporis præsentia instantia, fugiunt interea. Irrevocabile tempus omnibus est vita. Virgil. 10. Æneid. v. 467. & Ovid. 3. de Art. vers. 63.

Ovid.

Nec qua præterijt, rursum revocabitur undas, Nec qua præterijt hora, redire potest.

Nec dies foret mature

Burgeni.

66 Similiter, sine supposito, evanescent, que de die longiore solito cogitant, qui de Sole retrò acto proferunt sine reflexione sententiam. Thorings, Sanctus & alij cum Sacerdotibus Peris, illum diem triplicatum constituunt. Loquuntur ex suppositione. Alapide, septemdecim horarum: duodecim naturalium, & quinque deinde; quia ab hora decima cursum transactum repetijt Sol. Apud Augustin. d. Duos dies in una luce, legitur. Alij alia, sed pro libito cuncta. Totum namque evanctum, quippequam nullum suppositum. Embolium si ex retrogressu Solis; nihil lucet, Sole non retrocedente. Dispositus Deus miraculose (subdit Burgenf. ut diximus, num. 52.) quòd Solis incedente cursu suo, absque aliqua variatione seu retrocessione, radij solares in horologio Achaz tantum, & non alibi, retrocesserint per decem gradus; & iterum reversi sunt per alios decem gradus: in qua quidem retrocessione radiorum, & eorum reversione, illa dies nec fuit maior, aut minor solito: nam cursus naturalis & cursus solis non fuit in aliquo variatus. A cursu Solis, non ab eius luce mensura diei dimanat: alioquin diem faceret minorem, si pateretur Eclipsim. Hoc enim modo nullus cælestium corporum visus est error: qui quidem naturaliter contigit, tot auctis horis, Sole retrocedente.

Quomodo reversa est umbra ex Sole, Sole non retrocedente

67 Suffragor sententia, sed non modo positionis; quia sic oportebat, radium Solis à Sole separari, vel de novo à Numine educi, vel singularem lucem à Deo creati, umbra effectricem adversus Solis motum; non interpolito corpore opaco, ac designandas lineas in horologio. Deinde idem eundem radium operari reflexè, quod rectè debet facere; in quo obijcitur impossibile, & alia præmissa, num. 52. Modus ergo huic portenti non sic. Retrocessit ergo Sol ad speciem tantum; quippequam ad signum quasi visus retrocedere. Hæc sub Ezechia, Solis ad speciem retrocessio, facta utique sicut sub Iosue Solis statio. Nimirum Sole percutiente gnomonem horologii Achaz, signantem in illo lineam decimam (ut notabat umbra) & impeditis Solis radijs (naturaliter directis atque rectè in horologio) ministerio Angelorum, formata est in nube meteorologicè imago Solis, perpendicularis cunctis; sed Sole occulto. Nubes enim imagine Solis (de quo latè egimus à num. 41.) ita aptata in horizonte proportionaliter fuit; ut Solis imago ex ea percuteret lineam primam, quam quinque retrò horis Sol in oriente tetigerat; & quam tunc minimè percuteret, si pallam esset. Cum ergo radius imaginis Solis lineam signaret, quasi Sol retrocessisset; Sol dieitur retrogradus, & eius in cælo gyrus; quippequam regulariter non aliam lineam signaret, modò in sphaera ad signum reversus esset.

68 Hac positione ac dispositione, nulla novitas in diuturnitate aut brevitate ad con.

constitutionem regularem diei. Nulla umbra ex luce Solis mutatio, nisi in horologio Achaz. Nulla in cursu Planetarum, nec in ordine motuum cælestium orbium; nec in mari, nec in tempore. Reversa est umbra, non Sol. Non immanantur astra, ex eo quòd in terra naveatur umbra. Radij Solis in nube torida (reverberationis capaci) efformarunt repercussione imaginem adimitat sui micantem; & rectè ad horam primam lineam horologii percutientem. Ita tunc hora prima, cum iuxta tempus æra Achaz horologium, et decima. Nonnulli admittunt umbram motam in cunctis civitatis horologijs, imò regionis iudeæ (quod non facile ubi dumtaxat asseritur a nobis in horologio Achaz: siquidem radij Solis, sive directe sive reflexè, idem signant ubique. Umbra tantum fiebat in horologio Achaz; dum imago Solis in nube lucida extenderetur ad cuncta urbis horologia. Maius profectò in umbra & ex umbra miraculum: siquidem ita in meteorò Angelicum ministerium; ut in alijs horologijs Sol rectè signaret decimam, dum imago impressa nubi, in horologio Achaz primam demonstrabat horam. Hoc necessarium in dispersione lucis, dum videntur (uti supra) duo Soles. Vide num. 42.

An solum re lapsa in horologio Achaz.

69 Apud AA. præfatos, anxie controversitur, quam diu duravit Solis reversio? Nos negato supposito, inquirimus: Num umbra retrò acto facta fuerit in momento? Num statim evanuerit, ut Ezechias eius mutationem è recessu vidit; an aliquot horis cum aulicis Rex portentum observaverit? Vel denique an paulatim & sensim umbra in præfato horologio ad primam lineam pervenerit; quo celebrius, videntibus cunctis, prodigium fieret? Ariolari oportet. Arbitror nihilominus, totidem horis umbram in lineam primam peregrisse cursum; quot Sol absumpsit utique ad decimæ ascensum. Alias si in momento temporis fieret portentum, dici poterat: pantalicum, vel præstigium oculorum. Absolutè cogitationi Iosephus: etenim cum postularetur à Rege Ezechia (uti relatum, num. 60.) ut quando umbra in horologio iam ad decimam lineam pervenisset, per totidem umbra circumlucet ageret, subdit: Cum Deus hoc dedisset Prophetæ precibus; viso (ut voluit) tam insigni prodigio & confessum sanitatè recep'a, ad templum ascendit, & adorato Deo, vota persolvit. Ezechias si animadvertens vidit per totidem lineas, per quas ascenderat Sol, umbram reverti, & gradatim circum duci; saltem quinque horæ trix in umbra retrogressionè: ita enim perpicuus claret miraculum; quatenus iam ita factum & perfectum, uti optatum & promissum. Non enim ad miraculum signaretur horologium, ni aliquid esset horarum spatium. Non enim absolute reversio promittitur umbra; sed in lineis horologii.

Quantum duravit umbra reversa?

Ioseph.

70 Nihil ducendum, dicere: Ergo saltem per quinque horarum spacia, crevit in illo articulo dies. Umbra facta ex luce, lux dimanavit à Sole, Sol illas quinque constituit horas, licet reflexè. Iterum dico ducendum floeci. Sol occultò à nullo visus, tum peragbat conaturale cursum, currens orbitam; quandiu eius imago in nube per lineam & lineam conducebat umbram: ita ut hac perveniente ad lineam primam, delinam in valetudinis signum (in horologio Achaz in quo portentum) & simul evanescente cum imagine Solis in nube; eandem horam temporis congrui signaret apertus Sol, & in cunctis horologijs, & in horologio Achaz. In hoc tantum exhibitum ac ostentum prodigium; umbra tot gradibus recederet, quot Sol in illo ascendisset. Quapropter cum lucis Solis nec minueretur, nec augetur splendor; dies ille climate in illo, vel cum portento nec minor nec maior. Nec concedendo in nube perseverantem è Sole fulgorem, Solis regressionis ullum ostenderetur specimen: siquidem vel Sole in occasu (quod inficior) imagine Solis perseverante in meteorosicis sub Iosue, ad extensionem lucis, præternaturaliter nubes sequeretur cursum Solis. Hinc licet dies esset maior, non idem Sol retrocessisset in cælo. Non enim stetit Sol; sed dies extensa in diebus Iosue. Hæc sententia nostra, & rationes pro sententia. Quid mirum, quòd de huiusmodi singulari portento, illis ignoto, interrogarent Babylonij, observarent Perse, ac disquirent Ægyptij; ut vidimus ex sacra pagina, ex Dionysio, & Herodoto? Si acu disputationem non tetigi, voluisse sufficiat. Sat.

Dies ille cælestis aqua li lucet.

71 Sat ergo nobis videbatur in Tautologie argumentum, quod in duabus qq. intricatis exquisitum: maximè cum de tertia erga Solis obscuritatem, Domino patiente, sententiam præmissilemus, num. 57. nimirum factam interpolatione nubium. Verum cum in placitis variant multiplicibus argumentis AA. ex professo tractare quæstionem, in obsequium amiconum instantiam, planè perplevit. Quapropter ut citò eluceat, quid de illa singulari conuotione sentiam; dico, frequentiori modo loquendi, Solem signari ab Evangelista observatum: ceterum litteraliter, Sol obscuratus entiatuæ non est: sicut,

Tom. VII. Tav.

Vv 2.

csfi

et si dicatur, *Stetit Sol*; Sol sub Iosue non stetit: nec Sol sub Ezechia reversus est; tamen scriptum: *Reversus est Sol*. Senfum (sicut in superioribus vidimus) ita presentis diquisitionis catholice depromemus.

Iosue, 10.  
11.  
Mai 38, 8.

Quid Alpha  
betum ex-  
lestet

72. Ab Ethnicis & Hebræis æther cælumque habita ut theatrum, lucidæque scena, qua litteris splendoris cuncta sint scripta: igne scilicet in æthere, & astris in firmamento, lucidioribus characteribus Zodiaci: etenim variâ positione ac dispositione Signorum, Astorum & stellarum (in ordine potissimè cabalistico) cuncta hominibus futura contenta, & tam scævâ, quàm prospera. Ideoque dicitur *Alphabetum celeste*, compactum stellis, pro litteris; quarum figuras & notas refert, & observacione phantastica colit, inter de-  
litos Cabalistas, Iacob. Gaffarellus in libell. de *Curiositatib. inaudit.* Hoccine Alpha-  
betum profert Athanas. Kircher. *Tom. 2. Oedipp. gyptiac. p. 2. Clasi. 7. cap. 7. Digress. singul. in Gymnas. Hieroglyphic.* Ne acta agerem, plura curiosa studio prætermitto. In cognitionem cerebelli pertusi extollentium huiusmodi insanæ embolium, sapientiaræ uti pretiosum thesaurum; & quantum sibi blandiantur de inventione sine succo, phantasiæ debacchantis aborsu; satis dicta etiam per indicem, *Tom. 6. T. 1. an. 16.* Odi futilia: solummodò (etiam obiter) tangam; ubi de superstitione combinacionis ad *Sortes* egero, ad illud Act. 1. 17. *Sortisus est sortem ministerij huius*, *Tom. seq. Tautolog. 10. à num. 4. 1.*

Varia me-  
teora & por-  
tentia.

73. Meteora quædam, quæ ex Phœnomenis diversis ex aspectu constellationum cœlestium & Planetarum (de quo ex professo in *Prolog. Galcar. Ephemerid. §. 4.*) maxime fieri solent, & quæ verè, vel quoad speciem excedunt vires naturæ; futurorum esse signas elucet ex sacra pagina. *Erunt signa in Sole & Luna & stellis. Luc. 21. 25. Marc. 13. 24. & Matth. 24. 29.* Plura rectuli, *Tom. 3. T. 4. à n. 17.* Horribile meteoron præscribitur, 24. *Macchab. 5. à 1.*

Ovid.

Signa tamen incertis dant hæud incerta futuri.  
Arma, ferunt, inter nigras crepitantia nubes,  
Terribilesque tubas, auditaque cornua cœlo,  
Præmonuisse nefas  
Occidit Ovid. 15. *Metamorph. fab. 51. & Lucan. 1. Pharsal. v. 577. idem profert.*

Plutarch.

Insonuere tubæ, & quanto clamore cohortes  
Miscentur, tantum nox atra, silentibus auris  
Edidit.

Cor. Gem.

Nunciatum, noctū in cælo (ait Plutarch. in Mario) visas fuisse hastas ignitas: clypeosque primum in diversas partes se commovisse, inde concurrisse: formamque & motum pugnantium virorum exhibuisse. Demique parte alterâ fugiente, alterâ insequente, omnes versus occidentem se proripuisse. Corn. Gemma, de Divin. Characteris. lib. 2. cap. 1. inter alia mira (quæ videlicet) refert: *Sol visus est, veluti temone sanguineo per medium discerari, concurrentibus undique globulis caloribus cœlestis; quos multa equitum turma vexillis eiusdem coloris instructa, sequebatur, tanto impetu concurrerunt; ut horror spectantibus cum voce à vita propè eliserit.* Idem & Ulyss. Aldrovand. de *Monstr.* Tom. 4. feribunt, in aère duos iuvenes cataphractos viros acerrimè decertare, spectaculo mirabili, & sanguinolentâ specie. Plin. lib. 2. cap. 83. ex quo Ravi. Textor, 7. *Officin.* cap. 53. inter miracula naturæ, Astorum influxo, signant, multis spectantibus, duos montes inter se concurrille, crepitu maximo assultantes, recedentesque, interditi ex-euentibus in cælum flammâ & fumo, quorum commotione oppida collisa, & animalia exanimata. Varia ergo ab alijs simul referuntur portenta (quæ usquequaque speciali manâ, in quolibet articulo objicit Tit. Livius) collecta à Tibullo & decantata, lib. 2. *Eleg. 5. à v. 71.*

Tibull.

He foris dixerunt, belli mala signa, Cometem,  
Multus ut in terras deplueretque lapis.  
Atque tubas, atque arma ferunt strepitantia cælo  
Audita, & lucos præcinnuisse fugam.  
Ipsū etiam Solem, defectum lumine vidit  
Iungere pallentes nubilus annus equos.  
Et simulacra Denm lacrymas fuisse tepentes,  
Fataque vocales præmonuisse boves.

Alia infrâ. Appositè Augustin. *Epist. 80.* Signa verò de cælo & terra (inquit) nunquid maior a nos vidimus, quàm qui fuerunt ante nos? Nonne si gentium legatur historia, tanta

tanta mira reperiuntur existisse de cælo terraque; ut aliqua etiam non credantur? Quando nos vidimus Solem sic obscuratum, quemadmodum obscuratus est, cum lumen mundi perderet. in ligno? Verum, proh dolor! Sol obscuratus, non erat futuri prædigiū; sed theatri ex tenebris lucidissimum speculum.

Augustin.

74. De prodigijs ac singularibus portentis, quippe non obvia phœnomena, dicitur fore signa. Communia autem, vel quia communia, vel quia cognita naturalia, fuerent nisi ab Ethnicis reflexionis indigna. *Nisi ab Ethnicis*, dixi, etenim utpotè summè insperpeticiosi; vel quotidie apparentia, vel non apparentia, ducebant magni; quos quidem interdum sequebantur Hebræi, in quos invehitur Ieremias dicens: *Iuxta vias gentium nolite disere, & à signis cœli nolite metuere, quæ timent gentes.* Quæ verò facta ministerio Angelorum timenda, igitur in aliquod propositum sunt efficta. *Ioann. Pontan. Uran. lib. 11. v. 500.*

Ierem 10.  
2.

Pontan.

Cur Deus  
portenta ex-  
hibeat

2. Mach. 8.  
4.

Petron.

*Ut audiat è longè tellus fatalia iussa.*  
Ut visis portentis hominum compellatur audacia; Numinisque irati impleretur clementia: ut iustitæ rigor mollescat lacrymis, pangaturque amor compunctione cordis. In-differentia signa sunt: nimirum, in videntes, & in holles. Vana sunt super Ierosolymas signa cladis: *Quæ pro omnes rogabant, in bonum monstra converti.* Fuerunt vel Eth-nici. *Æschil. in Persis. v. 194. Supplex ora: sive mala fuerint quæ vidisti; roga Deos, exitum horum facere.* *Petron. Satyric. Carin. 19. accinit:*

Continuò clades hominum veniuraque damna  
Auspicijs patere Deum, namque ore cruento.  
Deformes Titan vultus caligine textit.  
Parte alia plenos extincti Cynthiæ vultus,  
Et lucem sceleri subduxit: rupta tonabant  
Armorum strepitu: cælum furit, & tuba Martem  
Sideribus tremefacta ciet.  
Cælum illie cecidisse putes  
Sanguineoque recens descendit Iupiter imbres:  
Hæc ostent a brevi solvit Deus.

Nihil scilicet magis in benevolentiam iudicem quàm eius vel in flagellum sequi sponte voluntatem. *Si apparuerunt bona, da perfita. Si autem inimica, inimicis verò dimitte.* *Sophocl. in Electra. v. 654. & Lucanus, 1. Pharsal. v. 635.*

Sophocl.

Lucan.

Et fibris sit nulla fides? Dij visa secudent.  
75. Cum ignea & lucida (vel quia lucida ignea) uti sunt astra, sint summè delectabilia, & clariora; frequenter per illa portendantur prospera, sicut per umbras & tenebras infelicia. Ab uno extremo ad aliud signatur lævum; sicut econtrâ fastium. Siccine vicissitudo. 1. *Astronom. cap. 11. v. 94.*

Manil.

In noctemque dies, in lucem vertere noctes.  
Mias sæpe per lucem indicat felicitatem Synagogæ. Orietur in tenebris lux tua. 58. 6. *Ille luminare Ierusalem, quia venit lumen tuum.* 60. 1. *Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.* 9. 2. *Exortum est in tenebris lumen.* *Psal. 111. 4. & 138. 12. Nox sicut dies illuminabitur.* *Ioann. 1. 5. Lux in tenebris lucet. & 2. Petr. 1. 19. Lucerna lu-cent in caliginoso loco.* Quare ut ex summa ærumna, quia erant in ultima tegula, ostenderetur Hebræorum desperata fortuna; dicitur sub Æthere, cap. 10. 6. & 11. 11. *Lux & Sol exortus est.* *Ovid. Epist. 15. v. 318.*

Per lucem  
prosperitas.

Ovid.

*Cand' dior medio nox erit illa die.*  
*Sophocl. in Aiæ v. 390. Heu tenebra, mea lux! O splendidissime Erebo! Plutarch. in Cesare, de exitu pugne Pharsalicæ consulente per exta; dicit respondisse aruspicem: Magnam Dij status rerum tuarum in diversam partem portendant mutationem. Itaque si in presentiarum res tuas existimas, bono esse loco; adversam fortunam: sin afflictas censas, meliorem spera. Ea enim nocte, quæ pugnam præcessit, cum exubias ipse inspiceret; fax cœlestis ignis conspecta est: quæ cum super castra eius splendida & flammæ ferretur; in Pompeij castra decumbere videbatur. Perditecas, qui primus principatum obtinuit Macedoniæ; omne Solis accepit. Pro mercede laboris petita; qui tunc ditioni dominabatur, signavit Solem. Tunc juvenis dixit: Accipimus Rex, quæ das: & gladio circumscriptum cum ter in sinum suum hausisset, avit futurus Rex Macedonia. Herodotus, lib. 8. n. 34. De Cyro in humili fortuna, refert Cicero, 1. de Divinat, Solem ad eius pedes iacuisse.*  
Idem

Per Solem  
maxima.